



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

8. Stipulatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

salia sub conditione (si Papa dispensauerit) nō licent tactus, & oscula ante dispensationem imperatam, vel post, dum non est ratificatus ille prior consensus. Idem dicendum de quibuscumque sponsalibus conditionalibus ante impletam conditionem, lib. 5. disp. 5. nu. 38. 39. & 40.

9 Sponsa non venit nomine uxoris in statu, ut vir lucretur partem dotis, uxore decedente, lib. 1. disp. 1. nu. 5.

Stipulatio.

1 Stipulatio potest fieri tripliciter. 1. Quando verba promissionis, & execquutionis diriguntur in absentem, & tunc reuocari potest ante acceptationem absentis. 2. Quando promissionis verba diriguntur in presentem, execquutionis verba in absentem; etiam potest reuocari ante acceptationem absentis. 3. Quando impersonaliter, tacita persona cui promittitur, ut promitto, me daturum Titio, & valet, quando stipulatio interest. Et attēto iure Cæfareo, & antiquo Régio Castellæ, non potest alter alteri stipulari, l. 1. disp. 7. à n. 1. usque ad 4.

2 Fratres non possunt stipulari pro fratribus, mater tamē potest, non ut queratur actio ei, pro quo sit stipulatio, sed qui stipulatus est, ager actione ex stipulatu ad interesse, l. 1. disp. 7. nu. 5.

3 Stipulatio patris pro filio est valida, quando stipulatur ad dandum aliquid filio, vel faciendum pro illo, si id quod dandum eius geris;

teris est, ut acquiratur, ut protectiū quoad proprietatem, seu aduentitium quoad vsumfructum. Item est valida si non acquiritur patri, ut castrense, vel quasi, tunc stipulatio pro filio, ut filio, valida est, ut extraneo minimè. Item stipulatio patris pro filio, ut filio ob beneficium, quæ sunt erga extraneum. Item stipulatio ad aliquid faciendum pro filiofamilias, si factū personæ filij cohæret, valet quoad filium, non verò quoad patrem, nisi sua inter sit interesse pecuniario. Et quando factum non cohæret personæ filij, ut filio, scribendum esse librum, idem dicendum est, sicut de stipulatione dandi. Item valida est stipulatio patris pro filiofamilias, ut filio pro tempore, quo sui iuris erit, ut extraneo minimè. Et in omnibus, in quibus potest stipulari pro filiofamilias, potest pro emancipato, *libr. I. disp. 7. num. 6.*
& 7.

4 Curator pro minore, & tutor pro pupillo, ut legitimus administrator potest validè stipulari, *lib. I. disp. 7. nu. 8.*

5 Filiusfamilias pro patre, seruus pro domino, monachus pro monasterio validè stipulari potest, in quibus potest pater. Secùs dicendum de famulo respectu heri, & de filio iuris sui effecto loco patris, aut marris, & de discipulo respectu magistri, *lib. I. disp. 7. nu. 9.*

6 Alter potest validè pro altero stipulari fauore causæ piæ, *lib. I. disp. 7. nu. 10.*

7 Stipulatio facta à notario pro absente:

S. 4

ante:

ante acceptationem, reuocabilis est, nisi fiat
in iudicio, lib. 1. disp. 7. nu. 11.

8 Quando stipulatio fit ab his, qui possunt
pro absente stipulari in contractibus lucrativi
non indiget consensu absentis, & statim
irreuocabilis manet. Secus dicendum de one-
rosis, & respectiuis vltro citroque obligato-
rijs, lib. 1. disp. 7. nu. 12.

9 Nec obligatio ciuilis, nec naturalis ori-
tur ex stipulatione eius, qui pro altero stipu-
lari non potest. Nec oritur obligatio iure ca-
nonico, ex stipulatione alterius pro altero fa-
cta, licet iuramento firmetur, nisi fiat Deo in
honorem eius. Etiam attento iure regni Ca-
stellæ non oritur nisi seruatis solemnitatibus
iuris communis, quæ dicta manent, lib. 1. di. 7.
à nu. 18. vsque ad 28.

Stuprum.

1 Stuprum non datur sine raptu. Atque ita
violatio virginis sponte consentientis, quam-
uis sit sub cura paterna, non differt à simplici
fornicatione. Tuncque solum adest species
stupri, quando adest iniustitia, eo quod virgo
violatur, siue sit sub cura parentum, siue non.
Et ubi nulla vis infertur virgini, non est neces-
sarium exprimenda in confessione circumstan-
tia virginitatis, siue in actu desiderij, siue co-
pulæ, lib. 7. disp. 14. à n. 3. vsque ad 6.

2 Rat. o stupri consistit in iniustitia amissa
auferendo violenter à virgine claustrum vir-
gineum, differtque à raptu, quod raptus solam
vio-